

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

36. De providentia in Ecclesia fundanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

Est justissimus in se, per excellentiam justus, in quem non potest cadere peccatum qui proinde gubernat in justitia, illuc spectans, ut justificet multos: de cuius tempore dicitur est: *In diebus ejus orietur justitia & abundantia pacis.* Et, Attendent mandatis ejus, & sicut flumen pax eorum, & justitia eorum sicut gurgites maris. 3. Sanctissimus, Sanctus Sanctorum, de cuius plenitudine omnes accipiunt: hoc est, non solum justitiam impertit, qua mundamur à peccatis, sed sanctitatem, qua assimilamur Deo. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. 4. Potentissimus ad salvandum ab inimicis, à peccato, dabo & mundo, & ad nos afferendos in libertatem spiritus.

*Ps. 71.7.*

*Isa. 48.*

28.

3.

*1. Pet. 1.8*

16.

4.

## MEDITATIO XXXVI.

### *De providentia in Ecclesia fundanda.*

Circa illa verba: Sapientia ædificavit sibi domum. Proverb. 9.

### PUNCTUM PRIMUM.

**F**inis Ecclesiam fundandi fuit, ut in ea esset remedium à peccato & inferno, quæ sunt maxima mala; & adeptio gratiæ, & gloriæ, quæ sunt illis contraria: quin ut esset velut quædam domus voluptatis Filio Dei ad convertandum cum Filiis hominum in terris. Quod si pro vita corporali tuenda tam mira fecit: quanto mirabiliora

*Ecclesiæ  
finis.*

liora pro spirituali, præsertim cùm corporalia  
non nisi propter spiritualia providerit.

## PUNCTUM II.

Media  
salutis.

*Sap. 3. 1.*

**M**edia ad finem reduci possunt ad septem:  
*Excidit columnas septem.* Est Fides, ut co-  
gnoscant te solum verum Deum, & quem misisti  
*Ioan. 17.* Iesum Christum. Nam sine fide impossibile est pla-  
cere Deo. Nec aliud nomen est sub cælo datum,  
*Heb. 11.* in quo oporteat nos salvos fieri, quam Christi. 2.  
6.  
*Ad. 4.* Lex pura & sancta, qua continentur præcepta  
12. & consilia. 3. Est, cultus externus, qui olim  
1. multis sacrificiis constabat in unico templo,  
2. nunc unico sacrificio in multis templis. 4. Sunt  
3. septem Sacra menta, in quibus est mensa ad so-  
4. lidum animæ nutrimentum. 5. Chorus virtutum  
5. facer, quarum Theologicales tres, morales  
6. quatuor, cum eximio illarum studio, & exerci-  
tatione, quasi pulcherrima varietate. 6. Pro-  
missiones amplissimæ, & certissimæ, tum mi-  
7. næ & supplicia. 7. Sacra Scriptura, fons præ-  
dictorum omnium & mensa opifera, qua refi-  
*Rom. 15.* ciuntur animæ. Nam *Quaecunque scripta sunt,*  
4. *ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pa-*  
*tientiam & consolationem Scripturarum spem*  
*habeamus.* His omnibus frui datum est mihi,  
& omnibus, qui in Ecclesia Christi sunt.

## PUNCTUM III.

Ecclesia  
una.

**H**æc domus est unica, sicut una Arca Noë, si-  
cut unus Deus, & unus finis ultimus om-  
nibus.

nibus. Habet unicum ostium, quod est Christus. *Ego sum ostium, permē si quis intraverit, 10. 10. 9: salvabutur: qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Gratulor mihi, quod ibi sum, tot extra relictis.*

## MEDITATIO XXXVII.

*De providentia Dei in vocatione ad Ecclesiam & fidem.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**V**ocatio est interna illuminatio, & motio, Vocatio  
divina  
quit sit  
10. m. qua prævenitur & adjuvatur homo ad gratiam justificationis percipiendam: Et est dominum Dei: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus retraxerit eum:* Instar illius vocis Christi: *Lazare, veni foras.* Hac fit ut homo credat: Heb. 11. 6. quia *Sine fide impossibile est placere Deo:* Et ut confidat de remissione peccatorum: *Spe salvi facti sumus:* Et ut salutarem timorem concipiatur. Nam, *Qui sine timore est, non potest justificari:* tum demum doleat, & amet. Continuit autem vocatio absque meritis proprijs: *Qui nos vocavit, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis.*

### PUNCTUM II.

**Q**uod media & modi vocationis sint varij, Media & quod omnes suo modo vocantur: quia *Est vocatio* Tom. II. D&D lux nra